

A Herculem, ueluti omnium iudicio, fortitudine & uirtute præstatiorem. Deinde ex Aphete nauigantes, Atho ac Samothracia prætergressis, tempestate acti ad Sigæum Troiæ appulere. Cum in terram descendissent, uirginem iuxta litus uinctam ob hanc ut ferût causam repperunt. Neptunû tradunt, propter operam ad edificanda Pergama ab eo (ut fabulæ tradunt) impensam iratum Laomedonti regi, è mari cete in terram misisse, à quo maritima incolentes loca, coloniçq; absumentantur. Peste præterea, quæ terræ fructus corrumpere, propinquos agros afflixit. Omnibus ea calamitate territis, cû tantis malis salus quæreretur, Laomedontem dicunt ad Apollinẽ destinasse, quæsitum rebus aduersis remedia. Responsum est ab oraculo, Neptunû iram causam malorum esse: quæ mitigaretur, si puerum Troiani sorte ductum cete traderent uorandum. Itaq; singulis in sortem coniectis, cum in Hesionem fors regis filiam cecidisset, coactus est Laomedon natam in litore uinctam beluæ futurum cibum exponere. Interim Argonautis in litus descendit. Hercules uisa puella, cum rei causam cognosset, uincula dissoluit: inçq; urbem profectus, regi obtulit se id monstrum interfectorum. Laomedõ accepta oblatione, equos illi inuictos dono se daturum cum sponondisset, cete ab Hercule petijt, Hesionẽ oblata conditione, Herculem ne liberatorem sequi, an in patria remanere mallet. cum Hercule abire elegit, non tam uitæ beneficio, quàm timore, ne iterum prodeunte cete, ad idem supplicium destinaretur. Hercules & donis quibus honorificè cumulatus fuerat, ac equis, Hesionẽq; penes Laomedontem quoad reuerteretur ex Colcho, relictis, cum Argonautis ad destinatum certamen profectus est. Magna interim tempestate cõorta, ceteris salutem desperantibus, solum Orpheã tradunt religionis peritû, uota pro salute Samothracibus fecisse: extemploq; tempestate sedata, cum duo aftra super Pollucis & Castoris capita cecidissent, omnes eo miraculo stupentes credidisse, deorû providẽtia se à periculis exemptos. quo factõ cõtingit, ut quõs postmodû maris agitaret tempestas, Samothracibus uota pro salute facerent: aftraçq; apparentia ad Castorem Pollucemq; referrent. Inde sedato mari, in Thraciam ad regnum Phineï transcendentibus, duos adolescentes offendunt: qui uerberib. caeli, ut uiui in terram effoderentur, poenam expectabant. Filij hi erant Phineï Cleopanaçq; quam ex Orithyia Eriethei ac Boreã natam ferunt: uerûm odio ac falsis nouerçæ calumnijs iniquè à parente ad eas damnabantur poenas. Duxerat uxorem Phineus Ideam, Dardanij Scytharû regis filiam: cuius amore captus, uoluntati eius assentebatur. Huic nouerçæ, in gratiam matris, priuigni ira moti uim intulerû. Argonautis ad rem nouã stupẽtibus, aiunt adolescentes inter tormenta ab eis ueluti dijs auxiliũ implorasse: & simul causam dixisse paternę iniquitatis: orantes, ut se ab iniqua eriperent sorte. His Phineus cum occurrisset, uetuit ne quid cõtra suum decretũ uoluntatemq; agerent. nullum enim patrẽ, ait, de filijs sponte supplicium sumere, nisi amorem in liberos paternum magnitudo scelerũ superaret. Interim qui cum Hercule in nauẽ erant Boreades Cleopanaç fratres, tradunt propter cognationem primos è nauẽ auxiliũ adolescentibus, tulisse: eisçq; à uinculis liberatis, obsistentes tantũ occidisse barbaros. Phineus ad pugna cum uenisset, barbaris auxilia ferentibus. Herculem ferunt acriter præ ceteris pugnantem, & ipso Phineo & pluribus alijs obruncatis, captãq; regia, & liberasse Cleopanam, & filijs paternum regnum restituisse: quibus de nouerçæ supplicium sumpturis, suauit Hercules, ut ad patrem in Scythiam mitterent rogantẽq; ut ipse ob filia in se iniurias, puniendã eius auctor esset. Quo factõ, Scythã natam morte multauit: Cleopanaç filij apud Thracas suã modestiã gloriam tulere. Non ignoro, quosdam præscarum rerum scriptores tradere, filios à patre Phineo excacatos, & Phineum quoçq; à Boreã priuatũ uisum Hercule præterea ad hydrã in Asiam ascendente, in eis locis ab Argonautis